



**ACTUM
ORATORIO-
DISPUTATORIUM,**

CUM ALIQUOT
CURÆ NOSTRÆ CREDITIS
OPTIMÆ SPEI

JUVENIBUS

DIE XXI DECEMBR. IPSI D. THOMÆ SACRO,
AN. POST N. C. clō lōcc xix
POST HORAM POMERIDIANAM PRIMAM
IN AUDITORIO SCHOLÆ THOMANÆ
INSTITUENDUM INDICIT,

ET
**MÆCENATES, PATRONOS
AC FAUTORES,**
QUA DECET REVERENTIA
ATQUE HUMANITATE,

INVITAT
M. CAROLUS FRIDERICUS PEZOLDUS,
FACULT. PHILOSOPH. ASSESS. ET SCHOLÆ SENATORIÆ
THOMANÆ COLLEGA III

**LIPSIAE,
LITERIS IMMANUELIS TITIL**

AK

Joh. Leon. M. Pezoldus





Seneca sententiam: *Schola, non vita discimus*, c. 106. nemo mirabitur, qui Philosophum acutissimum hæc verba non ex animi sententia, sed ut alios, vano conatu & male sedulos, vel modum nullum studiis ponentes, castigaret confutaretque, protulisse perpendet. Cum enim non pauci essent, qui declamando & lucubrando virtutum præcepta absolvi starent; & contra pauci admodum reperirentur, quibus *ωρα* ipsa curæ esset cordique, aut qui vanæ studiorum curiositati nimium indulgentes, virtuosasque actiones nihili habentes, cuticulam suam curarent, & voluptati aliisque illecebris litarent: Seneca hos in ruborem dare, de eorum jactantia & obscura virtutis scientia conqueri, & simul in superciliosos hos Philosophos invehi operæ pretium esse duxit.

Nam sicut sapiens idem Neronis præceptor sæpe alias probe inculcavit, *optime facere, qui vita discerent, non Schola*; licet existimem, melius eos agere, qui *est Schola & vita* suum laborem impendunt: ita perperam illos facere censebat, qui disciplinam suam non vitæ normam, sed doctrinæ ostentationem arbitrantur, verbis Philosophiæ, non ejus operibus operam dantes, & qui, virtutis honestatisque immemores, de plurimarum rerum cognitione sibi comparanda tantum essent solliciti. Hoc hominum genus, scholæ non vitæ discens, plerumque sibi sapit soli, alios fastidit, spernit, odit; sua magni facit; prædicat, extollit.

Quale commodum Respublica ab eo sibi polliceri poterit, cujus animus variarum rerum scientia fartus, vitis nunquam non esset deditus? Quid Jure prodesset consultus, si ipse legum omnium gnarus, easdem tamen violare non cessaret? Num Theologi partes explese dicendus erit, qui omni eruditione theologica instructus vitam tamen viveret non Christiano, nedum Theologo convenientem? Num medicum laudaremus, licet artis salutaris peritissimum, si nulla ipsum languentis ægri tangeret cura? Num ille idoneus nuncupandus informator, cujus doctrina sapientibus placeret, vita autem bonis improbaretur? Vitæ igitur discendum, aut scholæ & vitæ simul, quod omnino saluberrimum.

Hæc igitur cum ita sese habeant, e re esse discipulorum nonnullorum, fidei & privatæ nostræ informationi commissorum, judicamus, siquando illos, ut non minus scholæ quam vitæ discant, assuefacimus, ut labori, Virtuti, atque artibus vacent hortamur, & si exercitationem, ingenia juvenum alentem atque augentem, commendamus, & tam præ-

cepta, quam exempla eisdem docemus, cum longum iter sit per præcepta, ipso judicante Seneca, sed breve & efficax per exempla. Id in præsentem præstare Actum quodam Oratorio-Disputatorio nitentur, quando *quatuordecim* bonæ imo magnæ spei juvenes, *plerosque Lipsienses*, producemus, vires suas vel perorando vel disputando periclitaturos, qui, clara stirpe oriundi, atque eximie juvenes indolis, ita adhuc expectationi nostræ satisfecerunt, ut sua etiam morum elegantia aliorum sibi amorem conciliaverint, filiisque meis egregio & imitando exemplo fuerint. Initium autem faciet:

- I. GEORGIUS Gottlob FINDT, *prologi* munere functurus, & Auditores gravissimos ad præbendas vacivas ac benevolas aures obsequiose sollicitaturus. Hunc sequetur
- II. CHRISTIANUS AUGUSTUS SULZBERGERUS, & *tempori inserviendum esse* enunciabit.
- III. CHRISTIANUS JOHANNES FEUSTELIUS, Theologi & Superintendentis Weydenis, Maxime-Reverendi DN. CHRISTIANI FEUSTELII, filius natu minor, Imperatoris Antonini Philosophi Symbolum: *Regni clementia custos*, explicabit.
- IV. JOHANNES GODOFREDUS FISCHERUS, Viri Plurimum-Rev. DN. M. JO. JACOBI FISCHERI, *Pastoris Stædtelensis* meritissimi, filius, de *Invidia, Rerumpublicarum peste*, aget.
- V. FRANCISCUS WILHELMUS ROMANUS vero duas theses defendet, alteram ex Curtii lib. III. c. 2. *Darius Chæridemum interficiens injuste fecit*; alteram ex Livii lib. I. c. 9. *Romulus Sabinas rapiendo juste egit*. Priorem GEORG. Gottlob FINDIUS, supra nominatus; posteriorem vero filius meus natu major
- VI. CAROLUS FRIDERICUS PEZOLDUS, oppugnabunt.
- VII. FRIDERICUS WILHELMUS BOETTICHER vero de Augusti Imp. dicto: *Festina lente*, disseret.
- VIII. CAROLUS WILHELMUS PEZOLDUS, filius meus minor *laudabilem conversationem juveni eligendam* suadebit.
- IX. JOHANNES FRIDERICUS IERRE *præmia ad virtutem excitare* asseret. Hos
- X. GEORGIUS PHILIPPUS STENGERUS excipiet, duas rursus theses adstruaturus, alteram: *Non licet ideo bellum movere, ne otio torpescant subditi*; alteram autem: *Recte*

Cicero Philosophiam matrem omnium scientiarum appellavit. In priorem

XI. SIMON CHRISTOPHORUS PULZIUS; in posterio-
rem vero

XII. JOHANNES FRIDERICUS MAGERUS, oppositio-
nibus suis inquent. Post hos Carmine germanico verba
facient, & quidem

XIII. CAROLUS FRIDERICUS HEINZIUS *acerbissima
fata*, quæ hoc anno *Lipsiæ nostræ* per obitum incompa-
rabilium *duorum Consulum*, SCHACHERI &
GRÆVII obtigerunt, recenset, simulque dolorem
Excellentissimi nostri ADRIANI STEGERI,
Conjugem suavisimam, filiam Schacherianam, acerbis-
sime lugentis, indicabit. Supra vero recensitus

FRANCISC. WILH. ROMANUS, Lipsiam solatio erectu-
rus, Illustri GODOFREDO LANGIO, Viro
de Augustissimo nostro Rege & regione Saxonica immor-
taliter merito, *Consulatum Lipsiensem*, nuper felicibus
avibus susceptum, *gratulabitur*, &

XIV. FRIDERICUS AUGUSTUS LEHMANNUS, Parentis
Optimi expectationem abunde adimplens, ut toti Senatui
Lipsiensi splendidissimo; sic recens creatis Senatoribus,
DN. D. GRÆVIO, DN. OERTELIO,
DN. BOETTICHERO, DN. KREICHAUF-
FIO, & DN. D. MASCOVIO, Litteratori Cele-
berrimo, prospera quævis apprecabitur. Tandem filius
meus

CAROLUS FRIDERICUS. Actui nostro finem impo-
net, DEO Patronos, Auditores Omnium Ordinum
honoratissimos, atque inprimis Scholæ Thomanæ
ANTISTITEM gravisimum, piis precibus com-
mendaturus.

His itaque Juvenum optimorum conatibus ut Patroni gra-
vissimi, reliquique Auditores æstumatissimi, faveant, & fre-
quentes Actui *in Auditorio Scholæ Thomanæ proximo Jovis die*,
videlicet XII Calend. Januarii *post horam pomeridianam primam*
celebrando intersint, hacque ratione spei maximæ Juvenibus
calcar addant, est quod summa animi demissione ac
decenter rogamus. Dabam Lipsiæ d. XIV. ante
Calend. Januarii M DCC XIX.

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
KOP
B17





ACTUM ORATORIO- DISPUTATORIUM,

CUM ALIQUOT
CURÆ NOSTRÆ CREDITIS
OPTIMÆ SPEI

JUVENIBUS

DIE XXI DECEMBR. IPSI D. THOMÆ SACRO,
AN. POST N. C. clo lccc xix.


MERIDIANAM PRIMAM
SCHOLÆ THOMANÆ
DUM INDICIT,

ET
S, PATRONOS
UTORES,

T REVERENTIA
UMANITATE,
EVITAT

DERICUS PEZOLDUS,
SESS. ET SCHOLÆ SENATORIÆ
E COLLEGA III.

PSIÆ,
MANUELIS TITII



Ak

Joh. Lorenz M. Balthasar